

invenitur in terra suavitervidentium. (20) Unde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentia? Abscondita est ab oculis omnium viventium. Baruc. 3. 14. Discite ubi sit prudentia, ubi sit virtus. (21) Quis invenit locum ejus, & quis intravit in thesauros ejus? (22) Quis ascendit in Caelum, & accipit eam, & eduxit eam de nubibus. b Confer Job 22. 14. & 26. 9. & Psal. 17. 12. c Job 5. 6. & 17. 35. cum Psal. 7. 15. Isai. 59. 4. d Confer Job 7. 7. cum Psal. 28. 14. & Job 7. 10. cum Psal. 10. 2. 16. ac tandem Job 20. 8. 9. cum Psal. 102. 14. Vide etiam Job 14. 11. 12. e Confer Job 38. 17. 31. 32. 33. cum Ezechiel. 32. 28. 29. 30. Isai. 16. 9. Prover. 2. 18. & 10. 18. f Job 12. 6. & c. & 21. 7. & c. h Job 9. 22. i Eccl. 6. 8. Quid habet amplius sapiens a stulto? Et 7. 16. Justus perit in justitia sua, & impius multo vivit tempore. Et 3. 17. Dixi in corde meo, justus & impius judicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit. Et 8. 14. Est &

ritus singulorum, disponere. Unum est quod loquutus sum: & innocentem & impium ipse (Deus) consumit (h). Et cap. 10. 15. Si justus (fuero), non levabo caput, saturatus afflictione & miseria. Si impius fuero, via mihi est. Et Job 9. 15. Etiam si habuero quidpiam justum, nec respondebo; sed meum Judicem deprecabor. Idem luculentius insinuat Ecclesiastes (i), quod conjecturam illorum, scriptum à Solomone Opus autumantium, confirmat. Contraria planè sedebat opinio Eliphaz cæterisque Amicis, id evincere argumentis conantibus, Deum pro merito hominis de illorum utraque fortuna disponere: Numquid timens Deus arguet te, & veniet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam plurimam, & instat iniquitates tuas? Mysterium etiam Trinitatis deprehendisse sibi in eo Libro Veteres nonnulli sibi vixi sunt (k). Agit enim de Deo Creatore, de Omnipotente, & de Spiritu Dei. Constat quidem Jobum de Creatore Deo, & Omnipotente, de Redemptore, qui è pulvere sese efferret, de Sancto Spiritu vivificante non obscure locutum. Hæc majoris momenti nobis visa sunt, quæ in medium proferrentur è Libro Job, ad Virum ipsum, dogmata, & religionem spectantia. Opus est partim soluta, partim stricta oratione digestum. Duo priora capita & postremi quidquid excurrit post vers. 7. prosæ oratione scripta, quidquid historicum in Opere continetur, complectuntur. Reliqua poetice legibus adstricta. Sed hujus Poësis artificium omne nos latet, & alibi demonstrandum suscepimus (l), nihil illam habuisse cum Græcorum, & Romanorum commune; & quamquam rythmi indolem aliquam referre videtur, an rythmum semper servavit, certisque quibusdam syllabarum numeris adstricta fuerit, nihil certi proferre nos potuisse. Uno verbo, Hebraicæ linguæ peritia, & genuina ejus pronunciandi ratio majori sui parte nos latet, ut nemo sibi quantumvis sapiens blandiri jure meritoque possit, certi aliquid de natura Poësis veterum Hebræorum assecuturum. Ad calcem Bibliorum Græcorum & Arabicorum additio quædam rejecta est, Jobi genealogiam, & alia nonnulla ad avitam ejus regionem pertinentia, frustra in Textu Hebræo quærenda, complectens. Invidiam in illam creare Recentiores quidam conati sunt (m), pluribus demonstrantes meram esse ad libitum confictam fabellam. Nec plurimum illi detulisse Origenes (n), S. Hieronymus (o), & Polychronius (p) visi sunt; & nos etiam, quidquid pro illa vindicanda afferatur, fateamur oportet, neque in Canone recenseri, neque omnibus numeris certam assertantque haberi posse. Quod autem in illa relatum est de Genealogia, & Patria Jobi, id verissimè ad eodè dictum credimus, ut nihil verius alibi uspiam legatur; ne quid dicamus de auctoritate, quam apud nos obtinet Antiquitas, additamentum illud, & ejus hypothesein sectata. Quæ

fanè ratio tandiu apud nos valebit, quantum validis argumentis erroris non arguemur. Veteres Patres, velut Origenes, & S. Hieronymus, curas suas omnes vertentes Textui Septuaginta, & Hebraico inter se conferendis, variantia plurima hodie etiam spectanda deprehenderunt. Plura congerit Origenes (\*) quibus demonstrat, addita, & detracta plura in Exemplaribus Græcis, contra fidem Originalis. Notat enim post relata plura additionum exempla, accidere non raro, ut tres, & quatuor, interdum etiam 14. 16. & 19. versus in Septuaginta desint, qui in Hebræo ordine sibi succedentes leguntur. Et S. Hieronymus præfat. in Librum Job hæc à se observata notavit: Apud Latinos ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti ferè aut octingenti versus desunt, ut decurtatus & lacertatus corrolusque Liber feditatem sui publicè legentibus exhibeat. Eius querelæ documenta nostrâ etiam ætate exhibent Græca Exemplaria, & Latinum Veteris Italicæ, pluribus discrepasse ab Exemplaribus Latinis ex Hebræo operâ S. Hieronymi adornatis, quæ sola in Canonem Concilii Tridentini autoritate relata sunt. Cùm certa Jobi ætas lateat in obscuro, ut de emortuali ipsius anno certi aliquid statuamus, vix est. Constituta tamen ejus calamitatis epochâ ad nonnullos post exitum Hebræorum ex Ægypto annos, vitam produxisse potuit ad usque Judicem Orthonielem (q). Diem clausisse credimus Denabæ in Arabia deserta, ubi Regnum ipsius constituitur. Non uno in loco viri sancti monumentum colebatur: celebratissimum erat in Trachonitide regione Transjordanica ad fontes amnis, quo in loco pluribus sæculis pyramidale monumentum, quod Jobi ferebatur. Aeterat (r). Locus hujus pyramidis constituitur inter Urbis Themam, Sueth, & Naamath, quas olim spectasse ad Eliphaz, Balda, & Sophar amicos David viros insignes fama est. Sed regionem Hus multò ab iis locis abfuisse satis demonstrat arbitror in Commentariis. Paraphrastes Chaldaus Josephus Cæcus Jobum ex Armenia deducit, ubi ejus tumulum monstrari, qui per ea loca iter habuerunt, testantur. Verùm Jobus iste Mahometanus quidam copiarum Ductor creditur, nostro multò recentior (s). Paraphrastes alius Chaldaus è Constantinopoli Jobum accersit (t); unde facile error autumantium, Jobi lyplana condita esse Constantinopoli, quò ex Arabia translata Eruditi quidam autumarunt; sed vulgò ceteri ibi primùm sepulture mandata asseruerunt. Hæc autem opinio non in Christianis tantum, sed & in Turcis pariter invaluit [u]. Verùm satis deinde demonstratum est (x), virum illum, cujus sepulchrum in Suburbis Constantinopolis monstrabatur, Arabem fuisse ejusdem nominis, in obsidione Constantinopolis anno 672. occisum, & sub ipsis Urbis

alia vanitas, quæ sit super terram, sunt iusti, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum; & sunt impii, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Et 9. 1. 2. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo utrum amore an odio dignus. k Job 27. 2. Vivit Deus, qui absolvit iudicium meum, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam. l Quia donec superest habitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis. Job. 33. 4. Spiritus Dei fecit me, & spiraculum vivificavit me. m In Dissert. de Poësi Hebr. ad Exod. m Spanhem. Hist. Job. cap. 4. n. 6. p. 62. & c. n Origen. ad African. o Heron. Praefat. in Dan. & in Job. & c. p Polychron. in Catena. \* Origen. ad African. q Collato enim calumitatis ipsius exordio in annum. 2520. & 7. ab exitu ex Ægypto, & vitâ Jobi prorogata post adeptam valetudinem. ad huc ad 140. bis

annus, emortualis ejus annus incidit in annum 2660. biennio ante obitum Orthonielis. r Vide Brocard. Adriem. Molet. Tirin. Montan. Ziegler. Cotovi. Briet. La Rue, & c. s Vide Spanhem. Hist. Jobi cap. 3. pag. 32. apud eum Drusi. Hottinger. Walton. Thevenot. cap. 31. t Paraphr. Chald. in Bibli. Regis & Venetis. u Ricaut de l'Empire Othoman. l. 1. pag. 16. Elmacin. Hist. Sarracen. l. 1. c. 7. x Du Chânger. Chron. l. 4. pag. 104. n. 18. a Pineda in Job. 2. 6. 7. b Bartholin. de Morbis Biblii. cap. 7.

bis meenibus terræ illatum. Extat adhuc eo loci Templum, quod Moscheam dicunt, ubi & Ducis illius sepulchrum non minori religione, quam Sultanorum sepulchra, frequentatum. Vide Tournefortium Itineris Oriental. tom. 1. Epist. ult. ad finem. Ejus reliquias Romæ servari plurium sæculorum persuasio tenuit; verùm jam inde à 90. annis sacra ea lyplana furto

sublata nupiam apparuerunt. Sancti viri nomen legitur in vetustis Martyrologiis, (y) adjecto Propheta, Sancti, & Martyris titulo; ejus verò cultus in Italia & Hispania maximè obtinet. Plures etiam Ecclesiæ & Nosocomia in ejus honorem erecta sunt; & sæculo septimo ejus nomine Ecclesiæ, & Monasterium Constantinopoli spectabatur.

y Baillet Viear. SS. Vet. Test. 10. Maji.

# DISSERTATIO IN MORBUM JOBI.

**N**igris adeo coloribus Jobi morbo oppressi imago in Libris sacris depingitur, ut horridum viri spectaculum sustineri vix possit. Non una tantum morbi species, sed morborum veluti exercitus sessum tot malis corpus aggressus est, exercitque singuli viribus lacerare, torquere alius alium efferare; quique uni ferendo impar fuisset habitus, omnium simul furorẽ sustinere cogebatur. Quando etiam nihil ultra eâ de re memoria proditum fuisset, nisi illud tantummodo, furenti nempe Satanæ viri sancti corpus torquendum permissum fuisse, id satis haberetur, ut extrema omnia ominaremur. Victus sæpè pluribus cum illo commissis certaminibus Dæmon, corporis tandem torquendi permissam à Deo potestatem obtinuit. Ecce in manu tua est, ait Dominus Job 2. 6. 7. 8. veruntamen animam illius ( vitam nempe ) serva. Egressus igitur Satan à facie Domini percussit Job ulcere pessimo à planta pedis usque ad verticem ejus, qui testâ sanieum radebat, sedens in sterquilinio; vel juxta Hebræum: Tulit testam ad scalpendum se ab ea. Hæc de morbo Jobi Scriptura; sed in Operis decursu plura eâ de re Jobus ipse commemorat, quæ nos simul omnia oculis Lectorum in hac nostra Dissertatione subjiciemus, quò de calamitate Jobi nihil nobis inexploratum relinquatur. Pineda (a) qui hoc argumenti genus fufissimè pariter & exactè tractavit, ad 31. sivè 32. variorum morborum genera in Jobo enumerat. Sunt quidem plures solo inter se nomine distincti, & multò etiam minor summa resultaret, si morbos singulos ad suos veluti fontes & capita referremus Bartholinus minus exactè eandem rem profecutus (b) ad 12. circiter deprehendit; sed & numerum multò ampliorem morborum recensere pronum esset, si quis sparsim à Commentatoribus omnibus observata in censum referre voluisset. Neque prætereundum est, virum illum insignè patientiæ exemplar, solidi animi spatio tot malis tolerandis parem fuisse. Sunt etiam

qui solido triennio eas angustias sustinuisse contendunt; sunt pariter qui integrum septennium; nec desunt qui decennium maluerint. Eo temporis intervallo intentatum aliquid reliquisset Satanam, & partem vel minimam corporis tam intimam quam extimam incolumem permisisse quis credat? Nihil à nequissimo Spiritu sceleris alienum reputandum est. Accessisse his omnibus credimus affecta tot malis animæ tegdium, irrequietæ conscientia agitationes, tentationes, & si quæ alia torquendæ animæ opportuna; ut quantum corpus externis malis angebatur, tantum, & magis etiam, anima premeretur. Tandem S. Joannes Chryostomus asserendum sibi arbitratur omnia quæcumque torquendo homini mala unquam illata sunt, eorum nihil à Jobo alienum fuisse; nihilque tolerabile passum, Dæmone furorem suum omnem in illum exercere permisso; quare, ait, omnia mundi mala unius viri corpusculum expertum est. Quando igitur in Scriptura legimus, viri sancti corpus perpetuo ulcere à vertice usque ad pedes (c) inhorruisse, quamquam nihil tollerabile concipiendum exhibeat, plus tamen multò Jobus tolerasse credendus est. Eo proinde nomine varia illa mala omnia comprehendi censenda sunt, quæ Moyses infirmitates Ægypti pessimas appellat (d); ulcera illa, quibus crura, & os miserè depascebantur, morbi genus in Syria & Ægypto, juxta Veterum testimonium, familiare; uno verbo quidquid elephantiasis nomine censetur, nempe morborum phalanx, id totum Jobum invalerat. Ipse de se vir sanctus perhibet, 1. totum corpus perpetuo ulcere contectum (\*); idusque ingeminasse adverstarium, ne dato quidem respirandi intervallo (e). 2. Ulcera illius scatuisset vermicibus [f]. Quæ de vermicibus diximus semel tantum in Textu Hebræo & Vulgata expressa sunt; sapius tamen apud Septuaginta, & vernibus ulcera omnia Job scatuisset vulgò Patres autumarunt. 3. Eo malorum devenerat Jobus, ut ulcera sua testâ raderet (g); etenim ne manus admoveret five metus irritandi morbi, si-

c Job 2. 7. Jak eth ajuf baschabajin. vag. d Deut. 17. 27. Percutiat te Dominus ulcere pessimo in genibus, & in suris, sanarique non possis, à planta pedis usque ad verticem. Et vers. 60. Item cap. 7. 15. \* Job 11. 7. Percussit Job ulcere pessimo à planta pedis usque ad verticem. e Condidit me vulnere super vulnus. f Job 7. 5. Induta est caro mea putredine & sordibus pulveris. Et 17. 4. Et 30. 27. & vers. 18. Vide & cap. 2. post vers. 9. in Græc. g Job 2. 8. Testâ sanieum radebat sedens in sterquilinio. vc



h Job 30. 30. Ossa mea aruerunt pro caumate. Et vers. 16. In membris meis marcescit anima mea. i Job 7. 5. Cutis mea aruit & contracta est. Et 16. 8. Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei, ynga mea testimonium dicunt contra me. Et cap. 19. 20. Pellis mea consumpsit carnes adhaesit os meum, derelicta sunt tanquam modo labia mea. Vide & cap. 30. 13. 30. k Job 19. 17. Halitum meum horruit uxor mea. l Job 2. 12. Cum eleuasset oculos, non cognoverunt eum. m Job 7. 15. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. n Job 6. 11. 12. 13. & 14. 13. & 7. 4. 13. 14. & 17. 1. & 30. 16. 17. o Job 6. 4. Terrores Domini militant contra me. Et 7. 14. Terrebis me per somnia. p Job 16. 14. Choulnerauit lumbos meos, effudit in terra viscera mea. Vide & 30. 27. Interiora mea effuerunt absque ullareque, praeuenerunt me dies afflictionis. q Job 16. 17. Facies mea intumuit a fetu, & palpebra

ve ulcera ipsa omnis contactus impatiencia, siue tandem intolerabilis ulcerum tumor in causa erat. 4. Intimo quodam & noxio calore, ut in febribus acutis solet, torrebatur (h). 5. Tandem macie & ariditate cutis reducta, atro quodam colore inficiebatur; rugisque toto corpore sulcato, nihil e pristina partium oeconomia remansisse videbatur, nisi circa dentes labia (i); quidquid denique cutis contegeret, sola relicta erant ossa. 6. Halitum reddebatur foetentem; ut ne ab uxore quidem tolleretur, omnesque circa se domesticos depulisset (k); quare extra Urbem reclusus solus dolores tolerare cogebatur. 7. Ne pristina quidem viri forma remanseratur, ut ab amicis respicientibus non agnosceretur (l). 8. Dirâ pariter anginâ suffocabatur adeo, ut faucibus elisis promptè sibi mortis levamen optasset (m). 9. Mortali languore per noctes diesque continuato, & intolerabili rerum omnium taedio (n), molestiam argenti triffissimis somniis (o), angebatur. 10. Vexabant fessum tormina, & renum dolores (p). 11. Os foedè intumuerat, & nunquam à lacrymis cessantes oculi caligauerant (q). 12. Tandem terrebat aspera vox, ut non humanum loqui, sed ferinum rugire crederetur (r). His omnibus malis tentata est patientissimi viri constantia, & hæc ægritudinis illius varia symptomata, unde de natura morbi conjectura capiendâ est. Positum autem extra controversiam censeo, horum malorum partem maximam lepræ quadrare; quemadmodum ex afferendis à nobis documentis apertissime demonstrabitur.

Ineuntis lepræ prima indicia in ore spectari, succrescente in naribus noxio quodam tumore instar lenticulae, Plinius l. 26. c. 1. est author. Explicatur deinde foedissimi morbi vis, totamque inficit eum asperam, foedis maculis varii coloris aspersam reddens: coriaceâ quin etiam cutis ipsa soliditate obdurefcit, cum interim variis corporis locis exilis, subtilisque gracilefcit. Tandem atro, torridoque colore totum leprosi corpus horrescit. Accedit his omnibus corpus foedissime exedens macies, ut ossa tantum pelle contecta spectantibus appareant. Pedum, manuumque articuli enormiter intumescunt. Peculiaris est Ægyptiis morbus; & cum Reges leprâ affici contigerit, profequitur Plinius, e qua totam hanc morbi historiam hausimus, balneo ex infantum sanguine remedium morbo paratur. Testatur Galenus (s), contigisse aliquando, ut lepra in ulcera degeneraret, ex quo tota oris oeconomia turbatur. Nasus, cuius radices leprâ abroduntur, sinus efficitur; aures sensim decrescunt; quodd glandulæ illas ambientes, noxio morbi viro corripantur; labia horrendè intumescunt; ex quibus omnibus inditum morbo nomen, *Satirismus*, quodd scilicet humana in Satyri faciem transisse videatur. Nihil esse in corpore leprosi à morbo illæsum, Celsus testatur, ne ossibus quidem, & intimis quibusque partibus intactis (t). Pellis variis pustulis

maculisque subrubris deformatur; extima verò superficies inequalis, crassior hic, illic exilior, lavis, rudis, dura, mollis. Quæ loca maxime leprâ inficiuntur, asperiora sunt, horrentibusque crustis obducta. Corporis macies & exilitas extrema; pedes, & suræ tumescunt; & morbo jam veterascente, articuli manuum pedumque pariter intumescunt: lentæ tandem febris calor sanguinis massam incendit, affectumque tot malis corpus tandem absorbit.

Quicumque nostrâ hac ætate iter per Palestinam Ægyptumque habuerunt, gemina de morbo narrant; nec alia tradunt, quæ de lepra, morbo plurimum sæculorum spatio in Europa familiarissimo, egerunt. Anglus quidam (u) itineris sui per Palestinam habitus Scriptor narrat, vidisse se huius regionis leprofos diverso planè morbi genere affectos, ac leprofos in Britannia. Illorum enim morbus, ait, perpetuâ atrâque crustâ extimam corporis superficiem obducit; foedè tumente juncturæ omnes, & quæ maxime manus cum brachio continuatur: tali turgescunt, ferofum pariter, humorem stillantes, ut eorum crura veterascentium equorum pedes, quos morbi virus corrumpit, videantur. Tandem ea est morbi huius vis, ut superfluitis corporis maxima corruptio haberi jure meritoque possit.

Porrò hæc omnia, quibus lepræ morbus proditur, ad unum in Jobo deprehenduntur. Si Rabbinos audias, primâ contractæ ægritudinis die viri sancti corpus rubræ quædam maculæ veluti impetigines affecerunt; successit deinde maculis tumor, qui secundâ die prodiens, tertiâ in extremum accrevit; quartâ pustulæ atrum liventemque colorem induerunt; quintâ rubenti quodam & corrupto liquore turgescere visæ sunt; sextâ humor in saniem degeneravit; septimâ tandem in vermes ebullit. Hæc, nullâ licet Scripturæ auctoritate fulta, rectissime tamen dicta videri potuissent, si de causis præcesserunt ac cæterisque, quæ morbum præcesserunt ac deinde consecuta sunt, indicibus conjectura ducatur; vix enim fieri potuisse credimus, ut ulcera illa, quibus totum Jobi corpus obducebatur, primo morbi impetu erumperent.

Explorato jam & in apertum prodeunte morbo, cum percussus à Deo Jobus palam intelligeretur, his enim phrasibus utitur Scriptura, cum de leprosis est sermo (x), ex Urbe subducere se, & e consortio hominum remotus solitariam agere vitam, & in pulvere versari (y) veluti deploratè jam vite homo, & ipsis domesticis suis ac vilissimis quibusque de populo habitus horrore, coactus est (z). Queri ille, altos dare ejulatus, tot simul malorum pondus minimè ferens. Filiorum orbitas, bonorum amissio, procacioris conjugis insultus nihil emovendo homini valuerunt; sed ad primum seivissimi morbi aspectum inhorrescens, è statu infractæ mentis dimotus est. Lugebant illum Amici tamquam mortuum, vestes scindebant suas, cinere

mea caligaverunt. r Job 3. 24. Tanquam inundantes aqua, ita rugitus meus. s De causis morbor. c. 7. t Cels. l. 3. c. 23. u Maandr. Iter Jerosoly. pag. 249. x Isai. 53. 3. Reputavimus eum quasi leprosum; Hebr. quasi tactum. Vide 2. Par. 26. 21. & c. y Job 2. 8. z Job 6. 15. Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me. Fratres mei præterierunt, me sicut torrens, qui rapitim transiit.

a Herodot. lib. 2. cap. 138. b Levit. 13. 45. c 2. Par. 26. 2. d 21. 22. 23. e Aja Rege Juda. d Differt. de Lepra ad Exodum. e Job 17. 4. f Job 30. 17. g Job 30. 18. x Isai. 53. 3. Reputavimus eum quasi leprosum; Hebr. quasi tactum. Vide 2. Par. 26. 21. & c. y Job 2. 8. z Job 6. 15. Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me. Fratres mei præterierunt, me sicut torrens, qui rapitim transiit.

aspergebant, veluti si funus lugerent. Scitum est, quanto horrore populi quidem omnes, sed Orientales maxime lepram habuerint, qui cum leprosis egerint, metu ne halitu suo, si propiores accederent, inficerentur. Apud Perfas (a), & apud Hebræos (b) ex Urbibus pellebantur, & tanquam virulento morbo laborantes ne accedere quidem ad se sustinebant; eo oculo leprofos respicientes, quasi Deo æquè & hominibus horrore fuissent. Non desunt apud Judæos Regum exempla, qui eo morbo affecti (c) Regia ponere insignia, seque à Republica & Aula interdiceri cogebantur, longè ab hominum consortio se continentes; quin, nec post obitum quidem Regiorum sepulchrorum honore digni facti sunt, veluti si pestilentis morbi virus defunctis etiam timeretur.

In singulari ejus argumenti Dissertatione (d) demonstrandum suscepimus, inducendâ lepræ causam tribuendam esse cæcis quibusdam vermicalis, ex ipso leprosi corpore ebullientibus, qui cutem exedentes abrodentesque, foeda ulcera scabiemque, qua corpus asperatur, inducunt. Totum se in saniem desfluere & partium dari vermibus Jobus non semel conqueritur, ut ad vermes conversus quandoque diceret: *Soror mea & Mater mea vos (e). Qui me comedunt*, inquit ille, *non dormiunt (f)*; ac tandem, *In multitudinem eorum, addit, consumitur vestimentum meum, & quasi capitis tunica succinxerunt me (g)*. Corpus tandem suum perinde habet, ac si tumulo jam illatum marcesceret, nec spe sibi ullâ valetudinis blandiebatur. Nulla equidem eâ ætate sævientiæ jam lepræ remedia succurrebant, quorum sanè & hodie nulla suppetunt, morbo jam veterascente. Testatur tandem vir sanctus pellem habere se in ulcera & saniem desluentem, arescentemque, atram, liventem. Quis tot simul expressis characteribus non lepram agnoverit?

Lepræ etiam sævientiæ indicia sunt apertissima tormina illa, tædia, insomnia, terrores, quibus vir Sanctus angebatur. Hæc ejus verba cap. 7. 3. 4. 13. 14.: *Noctes laboriosas enumeravi mihi. Si dormiero, dicam: Quando consurgam? Et rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus usque ad tenebras. . . . Si dixerero: Consolabitur me lectulus meus. . . . Terrebis me per somnia, & per visiones horrore contuties. Quam ob rem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Desperavi; nequaquam ultra jam vitam. Et cap. 6. 4. Sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio ebuit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me. Et cap. 30. 16. In memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis; nocte os meum perforatur doloribus &c. Hisce coloribus, quibus animus angebatur, penas expressit patientissimus; cum enim immanissima, in corpore toleraret, quibus tota sanguis, & humorum massa turbata intimum doloris sensum in animam refundebat, eâ tris*

ffitia nube immotæ mentis serenitate obductâ, sævam undique malorum procellam in iuum caput excussam dolebat. His simul omnibus permoti Patres, qua expressis, qua tacitis verbis Jobum lepræ morbo affectum significarunt. In eam sententiam itum est à S. Chryostomo (h), Polychronio (i), Apollinario (k), Philippo Presbytero, Ven. Beda, & Authore Sermonis 32. ad Fratres in eremo sub S. Augustini nomine latente, à Pineda, Bartholino cæterisque plurimis ex Commentatoribus. Inclinasse etiam Ecclesia visa est, quippe quæ Aras longè plurimas, ædículas, & picaturas S. Jobo siue in Nosocomiis siue aliis similibus locis, leprosis juvandis destinatis, dedicavit. Quicumque pariter leprâ vel simili aliquo morbo afficiuntur, illi opem S. viri imploraturi accedunt; quasi scilicet unum illum habeant ab Ecclesia sibi patronum assignatum [l]. Præsentissimum etiam ejus patrocinium censeatur pro obtinenda à morbo venereo valetudine, cui pariter olim nomen inditum, morbus S. Jobi.

Porrò morbi genus illud, quod attigimus, ipsa est, ex plurimum sententia (m), lepra, iisdem symptomatibus obnoxia, iisdem indicibus, eadem indole, iisdemque pariter medicaminibus levanda, si morbi vis non dum planè explicata medicaminibus hebetanda assumatur; quam frustra, postquam vires exeruerit suas, totamque sanguinis & humoris massam subegerit, edomandam susciperes. Pluribus nec obsecuri nominis Commentatoribus visum est, Jobum probræ eo morbo laborasse. Vatablus (n), Cyprianus (o) Cisterciensis, Pineda [p], Bolducius (q) alique nonnulli (r) totidem verbis sententiam hanc suam proposuerunt. Bartholino (s) contraria fedit opinio, autamanti nonnisi per summam injuriam de viro sanctissimo assertum, eandem illum tolerasse, quæ impios pœna infamis criminis à Deo vindice manet. Addunt, morbi genus illud Jobo ipso multò recentiore originem habuisse, cum in Europa non ante innotuerit, quam post Americanas regiones detectas. Malam illam mercem Hispani ex illis regionibus ad nostras deportarunt, Gallisque in obsidione Neapolitana versantibus sub Friderico V. Imperatore & Carolo VIII. Rege Gallia communicarunt. Inde morbo nomen apud Gallos quidem *Morbus Neapolitanus*, apud Italos, *Morbus Gallicus*. Sed hisce eorum argumentationibus facilis paratur responsio. Nullo enim negotio demonstraretur, probræ hunc morbum, tot variis nominibus designatum, & quem effari sæpius pudor ipse prohibet, unum eundemque fuisse cum leprâ, morbo totâ antiquitate notissimo. Quod autem ad Virum Sanctissimum attinet, nullam creati in illum invidiam credimus, si Dæmonis operâ sævissimum hunc & teterrimum morbum in eum illi dicamus. Sed hæc fusiori examine jam discutienda.

Morbus, quem Neapolitanum vocamus, quamquam foedas plerumque voluptates consequi, & nimîa in venerem procacitate induci contingat, non semper tamen

h Chryost. in Catena pag. 76. i Polychron. Ibid. k Apollin. Ibid. l Vide Baillet Vit. SS. Vet. Test. 10. Maji. m Cassend. Cassarel. Tournefor. Vide nostram Dissert. in Lepram. n Vatabl. in Job 2. Scabiæ fedissima, quam vocant Indiam. o Cyprian. Cisterc. Comment. in Job Edit. Complut. 1582. p Pineda in Job cap. 2. vers. 7. pag. 143. q Bolduc. in Job 30. 30. pag. 290. r Desgoues Epist. Medicinal. Hist. de lue venerea. s De Morb. Biblic. cap. 7. T t ma-